



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio LV. Animi depositio circa curualitatem jam acceptam, deferendam,
ex quibus probetur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

DECISIO LV.

Animi depositio circa curialitatem jam acceptam, de ferendam, ex quibus probetur.

R. P. D. Pirovano.

Decis. 9. par. 5. recent.

Romana Beneficiatus S. Petri.

Luna 33. Martii 1626.

SUMMARIUM.

- 1 Reservacionis fundamentum de qua in c. presentis §. sanè de praben. in 6. est curialitas de tempore obitus.
- 2 Text. in cap. presentis §. sanè de praben. in 6. duo copulativè requirit, scilicet, quod quis antea sit curialis, & quod de tempore obitus habitaret in curia occasione curia.
- 3 Curialitatis solus racione quis non potest dici effectus domicilarius Urbis.
- 4 Civis alicuius loci quis efficitur per assertionem beneficii.
- 5 Curialitas, ut assequatur, requiritur & animus, & factum qualificatum per aliquod exercitium.
- 6 Curialitatis continuatio pendet ab animo.
- 7 Possessio, ut acquiratur, requiritur animus & factum.
- 8 Possessio quando dimittitur, sufficit animus absque alio facto.
- 9 Curialitas si semel fuerit acquisita, presumitur continuata usque ad obitum, nisi mutata probetur.
- 10 Curialitatis definitio probari debet per actus differentes.
- 11 Curialibus plura privilegia concessa sunt.
- 12 Renuntiatio non presumitur per actus indifferentes.
- 13 Renunciatum non presumitur juri proprio per actus non inferentes ad renunciationem.
- 14 Possessor semel presumitur usque ad obitum continuasse possessionem.
- 15 Possessor non presumitur continuasse possessionem usque ad obitum, quando contraria presumptiones concurrunt.
- 16 Probatio, ubi requiritur plena, & concludens, non sufficit presumptio.

Fuit

Tertio loco causâ propostâ, placuit Dominis, mutando sententiam recedenti
decisis sub die 20. Novembris 1624.

Visum enim fuit omnibus junctis, & rursum ponderatis probati Bernar-
dinum Tonum, per cujus obitum vacavit beneficium, de quo agitur, desisse esse cu-
rialem de tempore sui obitus, & per consequens, deficere hujus reservationis funda-
mentum desumptum *ex cap. presentis §. sanè de preben. in 6.* duo copulativè require-
re, quod antea esset curialis, & quod de tempore obitus habitaret occasione co-
ria: ut expressè ponderant *Anchar. Archidiacon. Monach. Burr. in dicto §. sanè & Rot.
dec. 616. n. 1. par. 4. divers.* Nam verum est, nec controvertitur Bernardinum ante
assecurionem beneficii contraxisse curialitatem; exindè autem obtinuisse beneficium
residentiale in Vrbe; undè cum ratione solius curialitatis non diceretur factum do-
micilium Vrbs; *Paris. consil. 53. num. 89. lib. 3.* & post assequutum beneficium ob-
gans ad residentiam acquisierit domicilium, & effectus fuerit civis Romanus, *Sec.
consil. 301. num. 7. Rot. decif. 731. num. 15. par. 1. divers.* bene potest præsumi habita-
tio ista subsequens, continuata magis ex præambula causa acquisiti domicilii, quam
ex curialitate domicilii arente, quæ præsumptio eò vehementius stringit ex sus-
sequitis post obtentum beneficium, quod contigit de anno 1602. quia idem Ber-
nardinus recepit se ad habitandum in via ascensus ad Sanctum Honophrium, ut
dicunt testes dati, nempe secundus, tertius, & quartus, quæ est Regio à negoti-
curialium multum distans, & proxima residentie sui beneficii, cui se totum de-
disse profitebatur, ut deponunt alii testes dati *Summario Patri Pauli num. 2.* quibus
accedunt alia testimonia depositiones *codem num. 2.* super detestatione negotiorum
curialium ab eodem Bernardino factâ, & ab eisdem averfione, & protestationibus
de non se ingerendo in negotiis curialibus, & signanter primus juxta quartum re-
spondit ab eodem Bernardino audivisse, quod si à Paulo V. vocatus fuisset, ei non in-
servisset etiam cum mercede scut. 10. pro quolibet die, & hoc, quia illi displicebat
negotia curialia; & secundus super tertio & quarto, quod aliud non curabat, quam
servire suo beneficio, nec alia negotia gerere; quia in totum se alienaverat à cura
quartus super tertio, quod volebat tantummodo interire suo beneficio, nec ad illud
se applicare, & tertius super tertio referens eundem Bernardinum dicentem, se contem-
tum esse sui status, nec aliud curare præter servitium suæ Ecclesiæ, & quod contem-
ter se alienaverat à curia, quæ detestationes, averfiones, & protestationes subordi-
natae ad domicilii acquisitionem per assecutionem prædicti beneficii residentialis,
vix fuerunt sufficientes ad probationem animi circa curialitatem jam inducâ pro-
qua assequenda, etiam requiratur, & animus, & factum qualificatum per aliquod ex-
ercitium; *ut in d. §. sanè & declarat. Rota decif. 616. num. 2. par. 4. divers.* ad illius ta-
men dimissionem sufficit animus, à quo pendet curialitatis continuatio. *Mandos. fa-
per reg. 5. par. 4. num. 7. & 8. Mant. decif. 313. & 323.* & prout dicitur de possessione
quæ in

quæ in acquisitione illius requirit animum, & factum; in dimissione autem sufficit
aniamus. L. 3. §. in amittenda. ff. de acquir. possess. Rota coram PP. Gregorio XV. dec. 307. 2
num. 9.

Non obstat consequentia semel acquisitæ curialitatis, ut eadem continuata
cessetur usque ad obitum, nisi mutata probetur. *Mandos, super eadem reg.*
5. quest. 4. numer. 6. vers. ad illud. Sarnen. in simili de familiaritate super reg.
de Imper. benefic. per obitum famil. quest. 13. versicul. prædicta tamen & de
curialitate Barho. in l. assumptio §. ultimo, ff. de municip. Adenoch. præsumpt. 25.
num. 3. & præsumpt. 42. numer. 2. lib. 6. quia iam ex prædictis Domini existimant pro-
bati mutatam esse voluntatem essendi curialem.

Non obstat, quod hæc animi depositio circa curialitatem deferendam
non probetur per actus differentes, prout necessarium esset; undè dicebatur in
decisione, quæ revidetur, domicilium acquisitum per allocationem beneficii re-
sidentialis non esse qualitatem repugnantem curialitati; similiter detestaciones, a-
versiones, protestaciones non radicare statum ipsius Bernardini curialem, sed
versari circa exercitium negotiorum curialium, à quibus se alienaverat Bernar-
dinus acquiescendo fortunæ suæ, quæ omnia se compatiuntur cum retentio-
ne curialitatis jam impressæ, & pro qua competunt multa privilegia, nem-
pe exemptionis à spoliis, juris prælationis in collationibus beneficiorum, & 12
privilegiis Eugenianæ, de quibus per *Gonzal. ad reg. 8. Gloss. 4. numer. 15.*
quibus non præsumitur Bernardinus voluisse renunciare per actus indifferen-
tes, & necessariò non inferentes ad renuntiationem, prout debent esse ad 13
concludendam proprii juris renuntiationem. *Calderin. consil. 5. in fin. de præ-*
ben. Decian. consil. 52. numer. 23. lib. 1. Rota decis. 471. numer. 5. par. 1. re-
cent.

Quia ultra, quod actus prædicti videntur sufficere ad probationem de-
sertæ curialitatis, fuit etiam responsum sufficere, quod præsumptivè urgeant con-
tra statum curialitatis, ut inde tollatur altera præsumptio continuationis ejusdem
status usque ad obitum Bernardini, ut dicitur de possessore, qui præsumitur us-
que ad obitum continuasse in possessione, nisi contrarium probetur. *Alciat. tract.*
de præsumpt. reg. 2. præf. 21. numer. 1. Rota decis. 4. de probat. in novis & de-15
cis. 106. numer. 3. par. 2. recent. & si contrariæ præsumptiones concurrant, cel-
satilla præsumpta continuatio, ut declarat idem Alciat. d. præsumpt. 21. numer.
12. & 13. & latius prosequitur Menoch. præsumpt. 64. numer. 65. lib. 4. quæ
maximè procedunt, ubi agitur de probanda reservatione; ut hic, ubi non suffi-
cit præ-

Kk

cit præsumptiva probatio, sed, requiritur plena, & concludens. *Egid. decif. lib. Gomez. ad regul. per obitum familiarium quest. 13. versio. nec obstat. Roia decif. 67. no. 2. divers.*

Demum non obstant testes per Molariam inducti ad probandum, quod Cardinalis operam dabat aliquibus negotiis & litibus, & quod obsequeretur quibus Cardinalibus: quia quoad lites & negotia, iidem testes dicunt, quod per alios predictabat, quò verò ad obsequium Cardinalium testes non concludunt tale factum ut inde inferri possit ad qualitatem curiali inhaerentem.

Et ita &c.

Ad Quæstionem 36. *Additio.*

Exemptus ædificans Ecclesiam in loco non exempto, an acquirat exemptionem? ista quæstio potissimum occurrit in erectione novorum Monasteriorum & conventuum, ad quam legitimè faciendam tam jure antiquo, quam novo, Ordinarii licentia & consensus exigitur, & aliter extructa loca privilegiorum non gaudent, ut est textus in *cap. cum olim. l. 2. de privileg. quidam. 18. quest. 2.* & hodie dispositum est in Concil. Trident. *cap. 3. in fine. de regularib.* an autem sola Ordinarii licentia sufficiat, non convenit inter Doctores; aliis affirmantibus sufficere apud *Emanuel. Roderic. quest. regul. tom. 2. quest. 4. art. 3.* aliis ulterius licentiam Sedis Apostolicæ requirentibus; ut per *Barbof. de Episc. par. 2. alleg. 26. num. 4.*

Breviter facio tres conclusiones. Prima. Erectio novorum conventuum in Italia & insulis adjacentibus hodie fieri non potest sine licentia Sedis Apostolicæ ex Bulla *San. mem. Innocentii X. qua incipit: Instauranda edita 22. Octob. 1621. Fagnan. in cap. non amplius num. 71. vers. quartum denique de Institut.*

Secunda. Extra Italiam & insulas adjacentes salva est Ordinariis facultas erigendi Monasteria & Conventus eisdem tributa à Concilio Tridentino, dummodo servetur forma constitutionis *Clementis VIII. editæ 23. Julii anno 1604.* nempe ut talis erigendi licentia concedatur vocatis & auditis aliorum in eodem loco existentium conventuum superioribus, aliisque interesse habentibus, & consilio cognitione causæ, quod conventus noviter erigendus sine aliorum detrimento commodè sustentari possit. *Fagnan. in d. cap. non amplius n. 62. & 65.*

Tertia. Tam intra, quam extra Italiam novi Conventus erigi non debent, nisi in illis saltem duodecim Religiosis commodè habitare & sustentari valeant.